



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

Sección:	Caja
Estado:	C
Número:	81





R. 47.425










INITIUM SANCTI

Evangelij secundum Joānem.



In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat. Et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris tacet: & tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per ipsum. Non erat illi per se testimonium.

nium perhiberet de lumine. Erat lux vera:
que illuminat omnem hominem venientē
in hunc mundum. In mundo erat: & mun-
dus per ipsum factus est: & mundus eum
non cognovit. In propria venit: & sui eum
non receperunt. Quotquot autem receperunt
eum: dedit eis potestatem filios Dei fieri: his
qui credunt in nomine ejus. Qui non ex san-
guinibus neque ex voluntate carnis: neque
ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Et
verbum caro factum est: & habitavit in no-
bis. Et vidimus gloriam ejus: gloriam qua
sui geniti à patre plenum gratie & veri-

Secundum Lucam.




In illo tempore :
Missus est Ange-
lus Gabriel à Deo
in civitatem Gali-
lee cui nomen Na-
zareth: ad Virgine
desponsatam viro.

cui nomen erat **J**oseph de domo David: &
nomen **V**irginis Maria. Et ingressus ad eam
dixit. Ave gratia plena Dominus tecum: be-
nedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset
turbata est in sermone ejus: & cogitabat qua-
lis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne
timeas Maria: invenisti enim gratia apud
Deum. Ecce concipies in utero: & paries fi-
lium: & vocabis nomen ejus **J**esum. Hic erit
magnus: & filius altissimi vocabitur. Et da-
bit illi Dominus Deus sedem David patris
ejus: & regnavit in domo **J**acob in aeternum:
& regni ejus non erit finis: Dixit autem Ma-
ria ad Angelum. Quomodo fiet istud: quo-
niam virum non cognosco? Et respondens
Angelus dixit ei. Spiritus sanctus superve-
niet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi
Ideoque & quod nascetur ex te sanctum: vo-
cabitur filius Dei. Et ecce **E**lisabeth cognata
tua: & ipsa concepit filium in senectute
sua. Et hic mensis est sextus illi quae vocatur
sterilis: quia non erit impossibile apud **D**eum
omne

omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce An-
cilla Domini: fiat mihi secundum verbum
(tuum.)

Secundum Marcū.



In illo tempore.
Recumbentibus
undecim disci-
pulis: apparuit
illis Jesus: & ex-
probravit incre-
dulitatem eorū:
& duriciam cor-
dis: quia his qui

viderant eum resurrexisse: non crediderūt.
Et dixit eis. Euntes in mundum universū
predicāte evangelium in omni creaturā. Qui
crediderit & baptizatus fuerit: salvus erit.
Qui vero non crediderit: condemnabitur.
Signa autem eos, qui crediderint: hæc sequē-
tur. In nomine meo demonia ejicient: lin-
guis loquentur nobis: serpentes tollent. Et
si

si mortiferum quid biberint: non eis nocebit.
Super egros manus imponent: & bene habe-
bunt. Et Dominus quidem Jesus postquam
locutus est eis: assumptus est in celum: & se-
det à dextris Dei. Illi autem profecti predi-
caverunt ubique Domino cooperante: &
sermonem confirmante sequentibus signis.

5 **Secundum Mattheū.**



Ubi natus esset
Jesus in Bethle-
lem Judæ: in di-
ebus Herodis o-
regis: ecce magi
ab oriente vene-
runt Hierosoli-
mam dicentes.
Ubi est qui na-

mus est Rex Judeorū: Vidimus enim ste-
llam ejus in oriente: & venimus adorare
eum. Audiens autem Herodes rex turbat
est: & omnis Hierosolyma cum illo. Erec-
gite-

gregans omnes principes sacerdotum & Scri-
bas populi sciscitabatur ab eis: ubi Christus
nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethalem.
jude. Sic enim scriptum est per prophetam
Et in Bethalem terra Juda nequaquam mini-
ma es in principibus juda. Ex te enim exiet
dux: qui regat populum meum Israel. Tunc
Herodes clam vocatis magis diligenter didi-
cit ab eis tempus stelle: quæ apparuit eis. Et
mitens illos in Bethalem dixit. Ite & interro-
gate diligenter de puero: & cum inveneritis re-
nunciate mihi: ut et ego veniens adorem eum.
Qui cum audissent regem: abjervnt. Et ecce
stella quam viderant in oriente antecedebat
eos: usque dum veniens staret supra ubi erat

Videntes autem stellam gavisi sunt gau-
dio magno valde. Et intrantes domum inve-
nerunt puerum cum Maria matre ejus. Et
procidentes adoraverunt eum. Et apertis the-
sauris suis: obtulerunt ei munera aurum
O
thus, & myrrham. Et responsõ accepto in so-
nis ne redirent ad Herodem: per aliam viam
reversi

reverti sunt in regionem suam

Juramentum Rectoris



GO. **R**ec-
tor hujus Almae
Universitatis Gra-
natensis ab hac
hora in antea fide-
lis, & obediens ero,
Petro Apostolo-
rum Principi, ac
Sanctae Romanae

ac universali Ecclesiae, sic & Sanctissimo Do-
mino nostro Papa **N**equeque Successoribus
Canonice intrantibus, nec non dictae Univer-
sitati Matri meae, nec ero in consilio, quod
idem Dominus noster Papa, aut aliquis suc-
cessorum suorum vitam perdant, aut membra
vel capiantur. Si vero damnum ejus tractari
scivero pro posse immo impediam, ne fiat. Et
vero, quod si per me impedire non possem, id
Domino Papae, & Ecclesiae, aut Universitati

āu illi, vel illis, per quos ad eorum noticiam dedu-
catur significare curabo. Et in super officium Re-
cto-
ris mihi commissum bene, & fideliter geram.
Exercebo, honores ac iura, utilitatem, & cōmoda
Vniuersitatis, & studentium remotis, odio, gratiā,
& fābore, pro viribus procurabo. Pecunias, & al-
lia bona quaecumque Vniuersitatis, quæ in potes-
tate mea fuerint, fideliter seruabo, nec aliquid
ex eis expendam, nisi in utilitates dictæ Vniuersi-
tatis, & cum officio sanctus fuerō, veram futuris
reddam Rectori, et Consiliarijs rationem. Statu-
ta, & Constitutiones huius præfate Vniuersitatis
seruabo, et faciam pro posse ab alijs observari!
sic me Deus ad iubeat, et hæc Sancta Dei Euan-
gelia.

Juramentum Consiliariorum.



Con-
Fficium Consili-
ariatus mihi con-
cessum bene, & fide-
liter geram, & exer-
cebo, bonum que-
rit, & legale Consiliū.
Recto

Rectori meo dabo, cum situs in eo ab eodē
veniam ad ejus mandatum. Statuta Uni-
versitatis pro posse meo servabo, & iusticia
facis, & in negotijs ejusdem Auxilium, Con-
siliū, & Favorem prestabo, & alia facia,
quæ ad ipsius Consiliariatus Officiū
pertinere censeantur. Sic me Deus adjuvet
& hec sancta Dei Evangelia.

De Juramento
Rectori prestando



God. Juro
Deum Sanctum
Dei Evangelia
corporaliter per-
me gratias
quod vobis Domi-
no Rectori meo,
et omnibus, ac sin-
gulis Mandatis
vestris in licitis, ac honestis, Obediam, et
negotijs, et factis Universitatis Consilium. A

xilium, et favorem, fideliter prestabo, ne predic-
ta contra ipsam Universitatem, seu ejus bonum
statum alicui dabo, ad vocationem veniam
bestiam, toties quoties fuero requisitus. Cons-
titutiones que serbabo. Sic me Deus adjuvet,
et hec sancta Dei Evangelia.

De Forma Juramenti Licen- tiandorum Magistrandorum & Doctorandorum.




FUGIO **N.** jure De-
um & Crucem.
per me corpore
liter tactam ad
era Dei Evan-
gelia, quod San-
ctissimo Domi-
no nostro Pape
ejus que success-
toribus Canonice intrantibus, **N.** I. eg-
nostro invictissimo, necnon **N.** R. reveren-
dissimo Domino Archiepiscopo Grana-
tensi

tenfi hujus Universitatis Protectori, & Do-
mino Rectori, fidelis & obediens ero, ho-
norem, & reverentiam hujus Almæ Uni-
versitatis, omnium què & singulorum
de ea quo ad vita mihi comes fuerit, pro
viribus procurabo ac defendam, & nul-
lo quovis modo favorem, Auxilium, vel
Consilium, aut Patrocinium alicui perso-
næ vel Universitati, au Collegio, contra-
dictam Universitatem, nec contra singu-
las personas eisdem prestabo, nec indu-
cam, imodamna & detrimenta eorum
procul vitabo, & gradum Doctoratus ali-
bi quam in hac Universitate non recipi-
am. Insuper juro quod si inminem
necessitate lectorum Cathedrarum
Universitatis adregendam aliquam ip-
sum vocatus fuero minimè recusabo ca-
sante legitimo impedimento, & nullum
aliud salarium nisi prætaxatum postula-
bo. Pari formiter juro me observaturum
in omnibus & per omnia, Constitutiones

& illa.

& Statuta edita, veledenda hujus Almae V-
niversitatis. Ceterum juro omnium jura-
mentorum supra dictorum, dispensatione,
absolutionem, vel relaxationem eorum,
vel alicujus clausulae minimè procurabo
quovis modo, vel colore, vel occasione, &
si motu proprio mihi concedatur, vel aliter
me insciente relaxatio, absolutio, vel dis-
pensatio hujusmodi fuerit expedita, eam
annullabo, & casabo, & contra praedictum
Juramentum eam aliquando non inducã.
Quod si forte induxero non solum juramẽ-
ti fractor existam, verùm etiã super his
me non audiri in presentia firmo. Sic me
Deus adjubet & hec sancta Dei Evangelia.



Forma Juramenti
Doctorandorum.



Go N. juro
Deum et Crucem
per me corporali-
ter tactam, ac Sa-
cra Dei Eran-
gelia, quod S.D.N.
Pape, ejus que Suc-
cessoribus Canoni-
ce intrantibus, Re-
gi nostro Invictissimo, nec non Domino Archie-
piscopo Granatensi, hujus Universitatis Protec-
tori, et Domino Rectori fidelis et Obediens ero,
honorem, et reverentiam hujus Almae Universita-
tis, omnium que et singulorum de ea quo ad vi-
ta mihi comes fuerit pro viribus procurabo, ac
defendam, et nullò quovis modo favorem, Auxi-
lium, vel Consilium, aut patrocinium, alicui
personæ vel Universitati, aut Collegio contri-
dictam Universitatem, nec non contra singulas
personas eisdem prestabo nec inducam: imo
dāna, et detrimenta eorum procul vitabo. In-
super Juro quod si imminente necessitate lecto-
rum

rum Cathedralium dicte Universitatis, ad reger-
dam aliquam ipsarum vocatus fuero, minime
recusabo (cesante legitimo impedimento) et nul-
lum aliud salarium, nisi pretaxatum postula-
bo. Pariformiter Juro me observaturum in om-
nibus, et per omnia Constitutiones, et statuta
edita, vel edenda hujus Almae Universitatis. Ce-
terum juro omnium Juramentorum supradic-
torum dispensationem, Absolutionem, vel rela-
xationem, eorum, vel alicujus clausula minime
procurabo, quorū modo vel colore, vel occasione:
et si motu proprio mihi concedatur, vel aliter me
insciente relaxatio, Absolutio, vel dispensatio,
cujus modi fuerit expedita, eam annullabo, casa-
bo, et contra predictum Juramentum, eam ali-
quando non inducam: quod si forte induxero,
non solum Juramenti fractor existam, verum
etiam super his me non audiri indicta Univer-
sitate in presentia firmo: sic me Deus adjuvet.

et hec sancta Dei Evan-

gelia. Amen.



FORMA

Forma Juramenti Licentia
andorum Artibus



Go **N.** juro
Deum & Cru-
cem per me
corporaliter tac-
tam ac sacra Dei
Evangelia quod
S. D. N. Papa e-
jus que successio-
ribus Canoni-

cè intrantibus, Regi nostro Invictissimo
nec non D. Archiepiscopo Granatensis
hujus Universitatis pro Rectori fidelis &
Obediens ero honorem & reverentiam hu-
jus Almae Universitatis, omnium que &
singulorum de ea quo ad vita mihi comen-
fuerit, pro viribus procurabo ac defendam
et nullo quovis modo favorem, Auxili-
um vel Consilium, aut Patrocinium alicui
sonæ, vel Universitati, aut Collegio, contra

dictam Vniuersitatem, nec contra singulas
personas eiusdem prestabo, nec inducam imo
damna & detrimenta eorum procul vitabo
& gradum Magisterij alibi quam in hac V
niuersitate non recipiam Insuper Juro quod
si inminente necessitate lectorum Cathedra
rum dicte Vniuersitatis ad legendam aliqua
ipsarum vocatus fuero minime recusabo (ces
sante legitimo impedimento) & nullum alli
ud salarium nisi pretaxatum postulabo. Pa
riformiter Juro me observaturum in omni
bus & per omnia Constitutiones & statuta
edita vel edenda hujus Alme Vniuersitatis:
Ceterum Juro omnium Juramentorum su
pradictorum dispensationem, Absolutionem,
vel relaxationem eorum vel alicujus clausu
re, vel occasione & si motu proprio mihi con
datur, vel aliter me insciente relaxatio, ab
solutio, vel dispensatio cuiusmodi fuerit ex
petita eam annullabo, & casabo, & contra pre
dictum Juramentum eam aliquando non in
ducam,

dicam, quod si forte induxero non solum
Iuramenti fractor existam verum super his
me non audiri in presentia firmo. Sic me
Deus adjuvet & hec sancta Dei Evangelia.

Forma Professionis Fidei



Credo ⁱⁿfirmam
fide credo, et profi
teor omnia et sing
gula, quae continen
tur in simbolo fidei,
quo sancta Roma
na Ecclesia utitur,
Videlicet. Credo ⁱⁿ
unum Deum,
Patrem Omnipotentem, factorem Caeli, et terre
visibilium omnium, et inuisibilium, et in unum
Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigeni
tum, et ex Patre natum, ante omnia secula
genitum de Deo, lumen de lumine, Deum verum
Deo vero. Genitum, non factum consubstantia

non Patri, per quem omnia facta sunt. Qui prop-
ter nos homines, et propter nostram salutem des-
cendit de Coelis, et incarnatus est de Spiritu San-
cto, ex Maria Virgine: et Homo factus est. Cruci-
fixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus
et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum
scripturas, et ascendit in Coelum, sedet ad dexteram
Patris, et iterum venturus est cum gloria iudicab-
re vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et
in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem
qui ex Patre filioque procedit. Qui cum Patre et fi-
lio simul adoratur, et conglorificatur, qui locutus
est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam,
et apostolicam Ecclesiam. Confiteor ^{mur} unum Bap-
tisma in remissionem peccatorum, et ^{am. tis} specto resur-
rectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen

Amen. ^{mur} ^{imus}
Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones,
reliquasque eiusdem Ecclesie observationes,
et Constitutiones firmissimè, et admitto, et ample-
ctor. Item Sacram Scripturam, juxta eum sen-
suum quem tenuit, et tenet Sancta Mater Eccle-
sia.

sia, cuius est iudicare de vero sensu, et interpretatione Sacramentorum Scripturarum admitto: nec unquam nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè et propriè, sacramenta nove legis à Jesu Christo Domino nostro Instituta. Adquè ad salutem humani generis licet non omnia singulis necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, Extremam Unionem, Ordinem, Matrimonium: illa què gratiam conferre, et ex his, Baptismum, Confirmationem, et Ordinem sine Sacramentis reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesie Catholice ritus insuper dictorum omnium Sacramentorum solenni administratione recipio; et admitto omnia, et singula quae de peccato Originali, et de justificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, et declarata fuerunt, amplector, et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum proprium, et proprium Sacrificium pro vivis, et defunctis in Sanctissimo Eucharistiae Sacramentum

realiter, et substantialiter Corpus et Sanguinem, u-
nitam cum Anima, et Divinitate Domini nostri Je-
su Christi; fieri quæ conversionem totius substantiæ
panis in Corpus, et totius substantiæ Vini in San-
guinem, quam Conversionem Catholica Ecclesia
transsubstantiationem appellat; Fateor etiam sub al-
tera tantum specie totum atque integrum Christi-
verumque Sacramentum suum. Constantiter teneo
Purgatorium esse, Animas quæ ibi detentas suffra-
gijs jurari: similiter et Sanctos una cum Christo
regnantes venerandos, atque invocandos esse, eos
que orationes. Deo pro nobis offerre, atque eorum
reliquias esse venerandas. Firmiter assero Ima-
gines Christi ac Deiparæ semper Virginis nec non
alliorum Sanctorum habendas et retinendas esse
atque eis debitum honorem, atque venerationem
impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem
à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque
usum Christiano populo maxime salutarem esse
affirmo. Sanctam Catholicam, et Apostolicam Ec-
clesiam Romanam omnium Ecclesiarum Matrem
et Magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati
Patri

Petri Apostolorum Principis, successori ac Jesu Chri-
sti Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Co-
cilijs, ac precipuè a Sacrosancta Tridentina Syno-
do tradita, definita, et declarata indubitanter reci-
pio, atque profiteor: simulque contraria omnia, at
que hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas,
et rejectas, et anathematizadas, ego pariter damno,
rejicio, et anathematizo. Hanc veram Catholicam
fidem, extraquam nemo salvus esse potest, quam
in presenti sponte profiteor, et veraciter teneo, ean-
dem integram, et immaculatam usque ad extre-
mum vitæ spiritum constantis-simè, Deo adjuva-
te, retinere, et confiteri, atque à meis subditis, seu illis
quorum Cura à me immovere meo sperabit teneri,
doceri, et predicari, quantum in me erit curaturum.
Ego idem. **N.** spondeo, Voveo, ac juro, sic me Deus
adjubet, et hæc sancta Dei Evangelia.

**Juramentum pro Dominis Me-
dicis Bacalaureandis Licenti-
andis,
et Doctorandis.**



Tin super Juro,
ut cum ad infir-
mum in lecto ja-
centem, Vocatus
fuero, ipsi^e au-
te omnia, pecca-
ta sua, juxta ri-
tum sanctae Ro-
manae Ecclesiae


confiteatur, neque tertio die ulterius eum visi-
tabo, nisi longius tempus infirmo ob aliquam
juxtam causam Confessor concesserit, & mi-
hi per fidem Confessoris, inscriptis factam
confiteretur: quod infirmus, ut promissit, pecca-
ta sua confessus fuerit: sic me Deus adjuvet.
Dei Evangelia

Juramentum omnium
in quacumque
Facultate
Graduandorum.



N super me
defensuram *V*m-
maculatae Dei-
re, semperque Vir-
ginis Mariae Do-
mine nostrae Con-
ceptionem ab origi-
nalis labe peccati,

divinitus preserbataam Juro: Solemniter que in
manibus Domini Doctoris promitto, et pro hac
piissima veritate, et opinione sanguinem, si oport-
uerit profundero, et mortem subire, non dubita-
bo:



**Juramentum ex mandato
Catholici Regis
Domini nostri Caroli III.**



Reterea Juro
me, nunquam
docturum, aut
quantum in me
est, permissurū,
doceri etiam sub
quacumque pro-
babilitate doc-
trinam de Regi-

cidio, & Tiranicidio expressè proscriptam,
& damnatam in Concilio Constanciensi,
sessione XV. & adimpleturum omnia, que
circa laudatam constitutionem jura sunt
teneri, & adimpleri per Regiam Constituti-
onem exhibitam, & receptam in prædicta

(Universitate.)

Insignia, quibus decoratur

novus à suo

Decano.

Ad Pileum.

A

Accipe Virtutum cum stesculo
caudato. (vel viridi. vel rubro
vel pallido) insignium Coronae ad
quisite in fortissimo certamine,
non minus, quam Milles, qui Gladio, et Clipeo,
et torice defendit rempublicam.

Ad Librum

A

Accipe librum apertum, &
clausum insignium sapientiae
in tuo Corde, & tuo pectore cla
usa pro eruditione, & doctri
na totius mundi.

Ad Cathedram

S

14
Sede in Cathedram in sumum
adquisite perfectionis Doc
trinae

Ad Osculum

A

Accipe osculum in
cis, & amoris Proximis

Ad anulum.




Ccipe Annullum in signum
Desponsationis cum scientia

Ad Omnes Gradus.



Tiam juro: In quantum possum
me nullatenus protecturum, de-
fensurum, aut docturum directe
vel indirecte questiones contrarias autho-
ritati Regiæ et Regalijs.





*Et omnia tamen juxta Sacri
Concilij Tridentini, ac Sanctissimo-
rum Pontificum, et Canonum De-
creta. Sic me Deus adjuvet, et hæc
Santa Dei Evangelia per me corporaliter tacta*



Finalmente, primero. En-
ñar y defender la Soberania del
Rey nuestro Señor, y los dere-
chos de su Corona. Segundo. No
haber pertenecido, ni haber de
pertenecer jamas a las socieda-
des secretas renrobadas por
las Leyes.

solemnemente juro: Primero. Custodir
 y defender la Soberania de la
 Magestad Vniversa de Vnestr^a Señora y los Reynos
 de su Corona. Segundo. No
 ser ni haber de pertenecer
 jamás a las sociedades secretas re-
 probadas por las Leyes.







DE
JURAMENTO
RECTORI

Caja
C-81